Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35161
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



cum labore violenciam et amaritudinem
virtutes operamur ac proficientes de inceps
sine tristicia sumus quia nos in ipsis mo
dicum contristari afficiamur. Quando vero
voluntas et nostrum mortale sapere conculca
tur et absorbetur et potestatine subiciatur
a promptitudine existente in nobis timo
de cetero cum omni gaudio et solitudine et
desiderio et igne cordis et flamma divina
ipsas operamur. Hec Johannes. Si vero bonorum
operum labor nos gravat attendamus
mercedem futuram et levius portabimus quia
ad eterna premia non nisi cum labore pervenitur.
De hoc dicit beatus Augustinus in libro de verbis domini
Via nostra Christus est Christum attende pati ve
nit sed et gloriari contempni sed etiam exal
tari. Opus te terret mercedem expecta
Quare vis pervenire delicatus ad eam
rem ad quam non perducit nisi labor. Sed
times ne perdas argentum tuum quia ad
argentum cum magno labore pervenisti
Si ad argentum quod quandoque vel moriens amis
surus es non pervenisti sine labore ad vitam
eternam sine labore vis pervenire. Carior
sit tibi illa ad quam post omnes labores
sic pervenies ut numquam amittas si hec
tibi carior est ad quod post omnes labores sic

328